

sionem vel dominium, quod sit obligatum alicui regi vel imperatori ad tributum vel censum, ecclesia vel papa tenetur solvere tributum non in recognitionem domini sed propter conditionem rei⁵⁾; nec ex hoc dicitur solvere tributum sed debitum. Ad quartum est dicendum⁶⁾ quod propter hereticorum pululationem aut quia Romani per malum modum suos consanguineos vel amicos ad papatum intronizabant, ordinavit Leo papa⁷⁾, quod nullus pro summo pontifice haberetur, nisi per imperatorem prius discerneretur, si iuste fuisset electus; et hoc tale ius concessit papa imperatori, quia eius auxilio indigebat; sed quando ecclesia resumpsit vires, gladium correctionis exercuit et ius ecclesiasticum quod imperatori tradiderat revocavit. Unde Adrianus tertius⁸⁾ constituit quod imperator se non intromitteret de electione summi pontificis. Ad quintum est dicendum quod appellatio interposita pro causis minimis et levibus ad papam non debet deferri sed pro magnis et arduis, sic quia, ut dicitur in decreto xi. q. i. *Quicumque*⁹⁾ *littem habens*⁹⁾, cuilibet licitum est sacrosancte sedis antistitis iudicium elligere. Ad sextum dicitur quod potestas imperialis est a deo, id est a summo pontifice vicario dei in terra, qui non in quantum homo sed in quantum dei vicarius imperatorem habet instituere¹⁰⁾; de hoc habetur supra capitulo LVII^{d)}. Ad septimum est dicendum quod maior propositio est falsa, quia potestates etiam distincte habentes ordinem inter se possunt esse in eodem subiecto, sicut patet de potestatibus sive potentiis callefactiva et illuminativa solis; sed potestas imperialis et spiritualis, licet sint distincte, habent tamen ordinem inter se duplicem: primo causalitatis effective, quia temporalis regulatur per spiritualem et per eam instituitur, ut supradictum est. Secundo causalitatis finalis, quia temporalis est propter spiritualem sicut propter finem, ut dictum est. Et idcirco iste due potestates scilicet temporalis et spiritualis sunt in papa quantum ad primariam auctoritatem, sed sunt in diversis quantum ad executionem, ut supradictum est capitulo CVII^{e)}. Ad octavum est dicendum quod imperator omnino caret auctoritate spirituali, aliter et illa^{f)} abusio sequeretur, quod carnalis homo rebus divinis presidere^{g)} videretur; sed bene habet dominium temporalium quantum ad immediatam executionem et^{h)} administrationem, secundum quem modum temporalia non sunt pape, sed papa habet dominium temporalium quantum ad auctoritatem. Ad nonum est dicendum¹¹⁾ quod Christus reprehen-

c) cum B, cā W d) LXVII BW e) XXXV BW f) alia W

g) presse W h) executionem et om. W

⁵⁾ Vgl. außer Joh. Regina auch Jakob von Viterbo, *De reg. christ.* 2, 10 S. 287, Petrus de Palude, *Tract. de pot. papae* 224, 3 ff., Alexander a S. Elpidio, *De eccl. pot.* II 8, 15 S. 25 (der an dieser Stelle wörtlich mit Petrus de Palude übereinstimmt) und Augustinus Triumphus, *Summa de pot. eccl.* 1, 1 S. 3.

⁶⁾ Zum Folgenden vgl. auch Augustinus Triumphus, *Summa de pot. eccl.* 36, 2 S. 214, der hier wörtlich mit Johannes Regina übereinstimmt. ⁷⁾ Vgl. D. 63 c. 23. ⁸⁾ Vgl. CM cap. 645 f. 174v–175r: Adrianus tertius papa ... statuit, quod nullus imperator se intromittat de electione summi pontificis. Diese Nachricht hat Galv. der *Chronik des Goffredo da Bussero* (ed. Grazioli, ASL Ser. 4, Bd. 5, 1906, S. 235) entnommen. Gewöhnlich wird dieser Vorgang im Anschluß an D. 63 cc. 2 und 29 mit Hadrian II. in Verbindung gebracht.

⁹⁾ C. 11 q. 1 c. 35. ¹⁰⁾ Zu dieser Stelle vgl. Maccarrone, *Vicarius Christi*, S. 178 mit Anm. 91 und Wilks, *The Problem of Sovereignty*, S. 274 (zu Augustinus Triumphus). ¹¹⁾ Vgl. CM cap. 351 und 364; ferner Tholomeus von Lucca, DC 18, 1 ff. (nach Eger cui